

BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

ARZOBISPADO DE TOLEDO.

Nuestro Emmo. Prelado continúa en Roma sin novedad en su importante salud.

Segun tenemos advertido hace algun tiempo, las siguientes fórmulas de bendiciones son tomadas de varios rituales de otras diócesis, especialmente de las de Barcelona, Vich, Urgel y Tarragona, y las publicamos con licencia del Prelado:

BENEDICTIO EQUORUM ALIORUMQUE ANIMALIUM IN FESTO SANCTI ANTONII ABBATIS.

- ŷ Adjutorium nostrum in nomine Domini.
- ℟ Qui fecit cœlum et terram.
- ŷ Domine, exaudi orationem meam.
- ℟ Et clamor meus ad te veniat.
- ŷ Dominus vobiscum.
- ℟ Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus refugium, et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, auctor ipse pietatis, et præsta: ut quid fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Christum Dominum nostrum. R Amen.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosum beatum Antonium variis temptationibus probatum, inter mundi hujus turbines illæsum transire fecisti; concede famulis tuis, ut et præclaro ipsius proficiamus exemplo, et à præsentis vitæ periculis ejus meritis, et intercessione liberemur. Per Christum Dominum nostrum. R Amen.

OREMUS.

Benedictionem tuam, Domine, hæc animalia accipient, qua corpore salventur, et ab omni malo per intercessionem beati Anfonii liberentur. Per Christum Dominum nostrum. R Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

BENEDICTIO PRO ANIMALIBUS INFIRMANTIBUS.

- ŷ Adjutorium nostrum in nomine Domini.
- ℟ Qui fecit cœlum et terram.
- ŷ Domine, exaudi orationem meam.
- ℟ Et clamor meus ad te veniat.
- ŷ Dominus vobiscum.
- ℟ Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Misericordiam tuam, Domine, supplices exoramus, ut hæc animalia, quæ gravi infirmitate vexantur, tua bene dictione sanentur; extinguatur in eis omnis diabolica potestas, neque ulterius ægrotent: esto eis vitæ defensio, et remedium sanitatis.

Deus, qui laborantibus hominibus, etiam de mutis animalibus solatia subrogasti; suppliciter te rogamus, ut sine quibus non alitur humana conditio, nostris facias usibus non perire. Per Christum Dominum nostrum. R Amen.

Aspergantur animalia aqua benedicta.

BENEDICTIO TEMPORE PESTIS ANIMALIUM.

- ŷ Adjutorium nostrum in nomine Domini.
- ℟ Qui fecit cœlum et terram.
- ŷ Domine, exaudi orationem meam.
- ℟ Et clamor meus ad te veniat.
- ŷ Dominus vobiscum.
- ℟ Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Misericordiam tuam, Domine, supplices exoramus, ut hæc animalia quæ gravi infirmitate